

**Institutionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

iiij. De Hæreticis, & Schismaticis, & Apostatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](#)

Puniuntur prælati committentes vices suas  
sub anno censu. b. d.

Demum sciendum est tam  
Lateranensi, quām Turonensi  
Concilio statuente Canonicæ  
districtioni prælatos eos subia-  
cere, qui vices suas<sup>a</sup>, vel Eccle-  
sias sub anno censu concedūt:  
quia dum sacerdotium sub hu-  
iusmodi mercede venale dispo-  
nitur, ad æternæ retributionis  
præmium consideratio non ha-  
betur.

Puniuntur aliquid recipentes pro conce-  
denda docendi licentia. b. d.

**b cap. 1.2. &**  
per totum  
titul. extr.  
de magis.  
Pro docendi<sup>b</sup> quoque licen-  
tia concedenda nullus cuiuscum  
que consuetudinis obtentu ali-  
quid exigere debet, et qui secū  
fecerit, ab Ecclesiastico benefi-  
cio fiet alienus: dignum enim  
videtur, vt in Ecclesia fructus  
sui laboris non habear, qui cu-  
piditate animi, dum vendit do-  
cendi licentiam, Ecclesiasti-  
cum profectum nititur impe-  
dire.

#### DE HÆRETICIS, ET Schismaticis, & apostatis,

##### TITVLUS IIII.

Qui sint hæretici, & qui schismatici, &  
quomodo differant. b. d.

**H**æretici sunt, qui vanę glo-  
riae principatusq; sui causa-  
fallas opiniones gignunt,  
vel sequuntur. Schismatici

sunt, qui se ab unitate Ecclesiæ  
per inobedientiam separant.  
Licet autem inter hos à princi-  
pio quædam videatur esse di-  
ueritas, nullum tamē est schi-  
sma, quod sibi aliquam tandem  
hæretim non configat, vt ab  
Ecclesia restè recessisse videa-  
tur.

Schismatici excommunicatione, depositio-  
ne, bonorum confiscatione, & à se gestorum  
annullatione puniuntur. b. d.

Vtrumque verò crimen atro-  
cissimis pœnis Ecclesiastica di-  
sciplina prosequitur: nam schi-  
smaticos excommunicationis  
sententia Canones insectantur:  
& si nec sic resipuerint, ab omni  
ministerio Ecclesiastico depo-  
nentur, exhibito etiā, si necesse  
fuerit, brachij secularis auxilio,  
ad illorum insolentiam coēr-  
cendam, cum omnium etiam  
bonorum confiscatione. Or-  
dinationes quoq; ab his factas,  
& dignitatum siue beneficiorū  
concessiones, alienationes re-  
rum Ecclesiasticarū, omni peni-  
tūs firmitate carere voluerunt.

**c cap. 1. et per**  
totum titul.  
de schism.  
in 6.

Hæretici, nisi hæresim abiurauerint, omni  
Ecclesiastica prærogatiua nudati, traduntur se-  
culari curia puniendi. b. d.

In hæresi<sup>d</sup> autē deprehensi, d  
præter perpetui vinculum ana-  
thematis, si clerici sint, vel reli-  
giosi, totius ordinis Ecclesiasti-  
ci prærogatiua spoliandi erunt,  
& omni officio, & beneficio nu-  
dati, secularis relinquentur ar-

**d cap. ad abs**  
lendam. &  
cap. excom  
municamus.  
§. i. ext. eo.  
tit. de bære.

A 3

bitrio potestatis, animaduersione debita puniendi, nisi continuò post deprehensionem erroris ad fidei Catholicę vnitatē recurrere, & errorem suum publicè abiurare, & congruam satisfactionē exhibere consenserint. Laici verò, nisi (propter dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, ad fidem redierint orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquentur, debitam pro qualitate faci horis vltionem recepturi.

Bona hæretorum post latam sententiam confiscantur. b.d.

*¶ cap. clm se-  
cundum.co.  
tit.in 6,*

Bona quoque<sup>a</sup> damnatorum propter hæresim ipso iure, & omni spe potius hæreditatis filijs adempta, confiscata intelligentur: aut si Clerici fuerint, Ecclesijs, à quibus stipendia receperunt, applicabuntur. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum occupatio facienda nō erit, ante quam super crimine sententia fuerit promulgata.

Ob hæresim maritorum dotes uxorum non sunt confiscandæ, nisi scienter contraxerint matrimonium cum hæreticis. b.d.

*¶ cap. decre-  
uit.de hær.  
in 6.*

Sed & cùm alteri per alterū iniqua conditio inferri non debat, propter hæresim maritorum, vxorum Catholicarū dotes<sup>b</sup> confiscari non debent, nisi forte cù viris matrimonia contraxerint, quos hæreticos esse sciebant.

Etiā post mortem bona hæretorum confiscantur. b.d.

Post mortem<sup>c</sup> quoq; ob sceleris immanitatem hæreticos pœna prosequitur: ideoque & si criminoso viuente nihil fuerit super bonorum confiscatione declaratum, nihilo minus ad eam etiam ipso mortuo procedendum erit.

Hæretici non possunt tradi Ecclesiastice sepulturæ. Et tumulantes eos excommunicantur, nec antea absoluuntur, quād proprijs manib; exhumauerint. b.d.

Ecclesiastica<sup>d</sup> quoque sepul-  
tura usque adeo carere debent,  
vt si qui eosdem credentes aut  
fautores eorum scienter Ecclesiastice sepulturæ tradere ausi  
fuerint, excommunicationis sen-  
tentia subiacere debeant, nec  
antea absolutionis mereantur  
beneficium, quād proprijs ma-  
nibus huiusmodi corpora extu-  
mulent & projiciant: locus au-  
tem ille perpetuò carebit sepul-  
tura.

Descendentes ab hæretico usque ad secun-  
dum gradum, ab hæretica usque ad primū non  
possunt habere beneficium Ecclesiasticum, nisi  
pater aut mater decesserint emendati. b.d.

Sed & eorundem filij ad be-  
neficia Ecclesiastica, seu publi-  
ca officia admittendi nō erunt:  
quod quidem per paternam li-  
neam usque ad secundum gra-  
dum, per maternam verò usque  
ad primum tantum extenditur.  
Cùm enim secundum legitimas  
sanctiones reis læse maiestatis  
capite

capite punitis, & bonis confiscatis eorum filijs vita solummodo ex misericordia conseruetur, quanto magis, qui aberrantes in fide Deum offendunt, muneribus, bonis, honoribus debent spoliari? cum longè sit grauius, aeternam, quam temporalem laderem Maiestatem. Hoc tamen intelligendum est de filijs & posteris eorum, qui tales esse, vel etiam decessisse probantur: non autem illorum, quos emendatos & Ecclesiæ unitati reincorporatos esse constiterit.

*Qui recuperunt pœnitentiam Ecclesiæ, uel recipere sunt parati, sunt reincorporandi: post abiurationem uero relapsi non sunt amplius reincorporandi, sed traduntur Curiae seculari: eis tamen non negatur Sacramentum pœnitentiae. b. d.*

Sed videamus, qui, & quando incorporari debeant: & constat eos, qui pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam acceptauerint, cùmque vel perfecerint, vel humiliter prosecutioni ciuiis insistant, recipiendos esse. Idem iuris est, si pœnitentia nec peracta sit, nec imposta, dum tamen criminis obnoxij ad eam recipiendam parati fuerint. Quod si qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij Antitritis examinatione purgauerint, in abiuramat hæresim reincidente deprehensi fuerint, seculari iudicio sine villa penitus audiētia

relinquendi erunt, licet si postmodum pœnitenientiae signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sint relapsis humiliter petita Sacra-menta pœnitentiæ et Euchari-stiæ deneganda.

*Quando quis dicatur relapsus. b. d.*

Relapsi autem intelligendi sunt, non solum ii, quorum ante abiurationem crimen plenè probatum fuerit, verum etiam ij, qui postquam accusati, vel vehementer suspeeti semel hæresim in iudicio abiurauerint, & postmodum in eandem iterum reincident. Planè si ex modica & leui suspicione semel quis abiurauerit, reincident, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri.

*Qui abiurauerit in uno articulo, si post fit hereticus in alio, dicitur relapsus. b. d.*

Is verò d, qui in vna hæresis specie, vel secta commisit, aut in vno fidei articulo, seu Ecclesiæ Sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter vel generaliter abiurauerit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, ut relapsus in hæresim, iudicandus erit.

*Suspecti de hæresi, nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione insorduerint, condamnantur tate quam hereticci. b. d.*

*c cap. actus factus. in prin-co. tit. in 6.*

*d cap. actus factus. §. 1. co. tit. in 6.*

*a cap. statutum. §. hoc.*

*b cap. super eo. cod. tit. in 6.*

a. cap. cū con-  
tumacia.  
cod. tit.  
n. 6.

Qui<sup>a</sup> verò inuerti fuerint sola  
suspitione notabiles, obneam  
quantumvis vehementem de-  
tam graui criminē condemnā-  
di non erunt, sed nisi iuxta con-  
siderationem suspicionis, qua-  
litatemque personae propriam  
innocentiam congrua purga-  
tione monstrauerint, anathe-  
matis gladio sese feriendos ex-  
ponunt, & vsque ad satisfactio-  
nem ab omnibus evitabuntur,  
& si per annum in excommuni-  
catione perstiterint, velut hē-  
retici condemnabuntur.

Plura specialiter inducta sunt in causa hæ-  
reticorum, & processu contra eos. b.d.

b. in 6. &  
Clem.

Plura<sup>b</sup> quoque ad hoc atrocissimum crimē vindicandum  
specialiter & prēter ordinarias  
Iuris regulas inducta sunt, tam  
circa iudicium & processum in  
stituendum, & testium deposi-  
tiones, & carcerum custodiam,  
et immurationis pœnam: quām  
etiam contra fautores, recepta-  
tores & defensores eorum, vt  
clarè ex lectione sacrarum con-  
stitutionum apparere potest.

Apostatæ qui sint, & quotuplex apostata-  
ria, & qua pœna puniantur apostatæ. b.d.

Et hæc est tertia pars principalis huius  
Tituli.

Apostatæ sunt, qui à statu fi-  
dei, obedientiæ, vel religionis,  
quam se tenere profesi sunt,  
temerariè recedunt. Apostatæ<sup>c</sup>  
triplex est species: alia enim  
est perfidiæ, alia inobedientiæ,

e. glos. 1.ca.1.  
extra de a-  
posta.

alia irregularitatis. Apostasia  
perfidiæ est, cùm qui à fide re-  
cedunt: vtpurā, cùm Christiani  
effecti in Christi fide præuari-  
catur<sup>d</sup>, et ad Iudaicos, vel alios  
detestabiles ritus se couertunt.  
Apostasia inobedientiæ est<sup>e</sup>,  
cùm quis præceptum superio-  
ris sui sponte transgreditur; si-  
ue patrum regulis, vel constitu-  
tionibus non obtemperat. Ir-  
regularitatis Apostasia est, cùm  
quis ab ordine suo<sup>f</sup>, siue assum-  
ptæ religionis recedit. Apo-  
statas auté sacri Canones tam  
inter infames<sup>g</sup> deputat, quām  
etiam excommunicationis &  
aliarum pœnarum vinculis in-  
nodandos esse præcipiunt.

d. can. non pa-  
teſt. 2. q. 7.  
cap. 2. et ca.  
illud. extra.  
de maior. &  
obedi.

f. can. fin. dif.  
50. Et cap.  
1. extra. de  
aposta.

g. can. infames.  
6. q. 1. glos.  
in cap. 1. de  
tempo. ord.  
in 6.

## DE SORTILEGIS, maledicis, & sacrilegis,

### TITULVS V.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest  
procedere contra sortilegos, nisi sortilegium  
expresse contineat hæresim. b.d.

Ciendum est hæretice pestis  
Inquisitores de diuinationi-  
bus & sortilegijs, nisi hære-  
sim saperent manifestè, sese in-  
tromittere non debere, nec ta-  
lia exercentes posse punire, sed  
eos suis debere iudicibus pu-  
niendos relinquere, cùm ne-  
gotium fidei, quod summè pri-  
uilegiatum esse conuenit, per  
occupationes alias non debeat  
impediri.

Qui

